



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu**

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)

*Conservatores nolentes exsequi, ipso  
facto excommunicantur.*

Si quos in Conservatores eligere possumus per Bullam Pii V. concessam Ordini Prædicatorum xxiii. Septembr. an. M. D. LXXI. & impressam Romæ anno M. D. LXXII. excommunicationis, seu suspensionis latæ sententiæ poenam incurruunt statim, quod munus sive officium Conservatoris hujusmodi acceptare, ac debitè & plenariè exsequi neglexerint; & reservatur absolutio Summo Pontifici,

*Privilegiis hujus verbi uti poterunt Provinciales, & alii subordinati Superiores eorum licentia. Circa superiora autem advertantur ea loca Concilii, que citantur infra verbo Exemitio. §. I, necnon & cap. II, de Reform. sess. 24.*



## CONSTITU- TIONS.

§. I.

*Præpositus cum Generali Congregati-  
one condendi jus habet quascumque  
Constitutiones, etiam mutandi,  
declarandi.*

Præ-



Ræpositus cum Sociis in Congregatione Generali, accedente majori suffragiorum parte, quaecumque particulares Constitutiones, quas ad finem in Societate propositum conformes esse judicaverint, condendi jus habent. PAULUS III. pag. 2. junctâ pag. 6. Itemque eas mutare, alterare, cassare, & alias de novo condere possunt, quæ simul ac conditæ erunt, auctoritate Apostolicâ confirmata censemur. Idem PAULUS. pag. 6. Possunt iidem eodem modo, quæ dubia esse poterunt in Societatis Instituto, declarare, JULIUS III. pag. 18.

### §. 2.

*Potest Generalis alia non ita magni momenti ex consilio AA. ordinare.*

In aliis, quæ non sunt ita magni momenti, Præpositus Generalis, fratribus Consilio, quatenus ipse opportunum judicaverit, adjutus, quæ ad Dei gloriam, & commune bonum pertinere videbuntur, per seipsum ordinandi, & jubendi jus totum habet. JULIUS III. pag. 18.

Circa declarationem Constitutionum, vide infra verbo *Generalis* §. 5. & 6. & circa confirmationem, verbo *Confirmatio*; & circa earum aut Instituti impugnationem,

D 4

aut in-

aut interpretationem , verbo *Institutum.*  
§. 1. & 2.

-**C**ONTRACTUS.

§. 1.

*Contractus celebrandi Societatis consuetudo.*



Ocietatis contractus non capitulariter , sed more ipsius Societatis, ac juxta illius Constitutiones & Decreta , per Præpositum Generalem, vel ipsam Societatem , esse celebrandos , concessit PIUS V. confirmans circa hoc easdem Constitutiones , & Decreta. pag. 33.

§. 2.

*Omnis habentur rati, eorumque suppleti defectus.*

Habentur rati omnes contractus Societatis celebrati usque ad diem 12. Maji Anno Domini 1568. quibus solemnitates , & cæremoniæ de jure observandæ , bonâ fide fuerunt omissæ. PIUS V. in vivæ voc. orac. fol. 53. in fine , & seq.

Vide verb. *Alienatio.* §. 2. & seq. & verbo *Generalis* §. 4. & verbo *Titulus.*

COR.